Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Passio sanctae Barbarae virginis.

https://hdl.handle.net/1874/330555

Temporibus maximiani imperatoris erat quidam satrapa dioscorus
nomine. diues ualde sed paganus extitit et ydola coluit. Hic habe
bat filiam unicam nomine barbaram; fecit autem pater eius turrim
sublimem. ibique reclusit eam ita ut non uideretur ab hominibus propter
eminentem pulcritudinem eius; Locuti sunt uero quidam de optimatibus
patri eius de ea. ut uirum sibi acciperet; Ipse uero ascendens in turrim
persuadebat eam dicens; Filia mea quidam de potentibus commemorati
sunt me de te ut accipiant te in coniugio; Quid ergo uelis ore proprio
dicito; Ipsa uero intuita in eum cum ira dixit; Ne cogites me de hoc agere
pater. Ipse uero secessit ab ea. et descendens permanebat in quo construebatur
lauacro; Instituerat enim multitudinem artificum. quatinus hoc cito perficeret.
Instituens quoque quomodo deberet fieri. et tribuens singulis propriam mercedem
ex integro profectus est in regionem longinquam. faciens ibidem tempus non modicum;
Descendens autem famula dei barbara de turri ut uideret opus quod
factum est. uidit contra septentrionem duas solummodo fenestras superastantes.
et dicit artificibus; Quare duas tantum fenestras instituistis. Dicunt
ei; pater tuus sic nobis disposuit; Dicit eis barbara; Facite michi
et aliam unam fenestram. Ipsi uero dicunt ei. Timemus domina ne forte indignetur
pater tuus aduersum nos. et ne possimus portare eum; Dicit eis famula
dei barbara. Quod dico uobis facite. ego autem de hoc adquiescere
faciam patrem meum. Ipsi uero adquieuerunt ei. ut aliam fenestram facerent.
sicut constituit eis; Perambulans uero in querelosa et inmaculata uirgo
barbara natatoria. et abiens contra orientem. instituit marmoribus
digito preciosam figuram crucis. que usque in hodiernum diem permanet
ad compunctionem intuentium; Ingressa uero in absidem in qua ingrediebatur
aqua sanctificata. fecit et ibi figuram preciosam crucis. in quo loco omnes
sanationes et sanitates credentes accipiunt; In hoc enim lauacro deo
disponente suscepit a quodam sancto sanctum baptisma. Ubi per tempus lo
custis ac melle siluestri aluta. preconem ac precursorem imitabatur baptistam
Johannem. Hoc lauacrum similabatur fonti syloe. in qua quia natiuitate

natus est. cecus lauans. lumen solis respexit. Hoc lauacrum simulabat probatice piscine.
in qua paraliticus uerbo curatus est. Hec est natatoria quam aqua uiua. quam sama
.vi. ritana ad fontem a christo petiuit. Pertransiens autem ancilla christi barbara. et ascen
dens in turrim iterum. uidit simulacra que colebat pater eius. et suscipiens spiritum
sanctum inspuit in faciem eorum dicens. Similes uestri fiant qui faciunt uos. et omnis
qui confidunt in uos. Et ascendens in eminentiorem locum. erat ibidem depictum dni.
Finito autem opere. atque perfecto. reuersus est pater eius de peregrinatione. Et contemplatus
tres fenestras instantes. dicit artificibus. Quare tres fenestras instituistis. Dicunt
ei artifices. Filia tua sic nobis precepit. Ipse uero conuocans filiam suam dicit ei.
Filia tu imperasti tres fenestras institui. Ipsa uero dicit ei. Etiam et benefeci.
Nam tres fenestre illuminant omnem hominem. due uero tenebrescunt. Et assumens eam
pater eius descendit in natatorium. et dixit ei. Quomodo habundantius illuminant
tres duabus. Beata barbara dicit. Hee sunt pater et filius et spiritus sanctus. qui est unus
et uerus deus. in quem credere homines oportet. Tunc repletus est furore pater
eius. et protulit spatam suam. ut occideret eam. Orabat uero beata barbara. et abscisa
est petra. et suscepit eam intus. et eiecit eam super montem. Erant autem duo pastores
pascentes oues in eodem loco. qui et uiderunt eam fugientem. Accedens uero pater eius
interrogabat eos de ea. uolens saluare eam. Unus autem constanter negauit quod
non uideret eam. Alius uero crudelis digito monstrauit eam. Et maledixit eum beata barbara.
Statimque facte sunt oues eius locuste. que et permanent ad preciosum eius sepulcrum usque
in hodiernum diem. Igitur pater eius reperiens eam flagellauit. tenens comam
capitis eius. pertraxit eam ad montem. et reclusit eam in cellula paupercula.
et muniuit clauibus. instituit et catenas. ut non aperiret ei quisquam. Constituit etiam
custodes usque dum abiens nuntiaret presidi. ut traderet eam ad torquendum.
Lc. iiij Preses iussit sanctam barbaram sibi presentari. Ingressus uero pater eius una cum geronnio
commentariense. eiecit eam de cella. et tradidit eam presidi adiurans eum per deorum
potentiam. quatinus atrocibus tormentis consumeret eam. Tunc preses sedens pro
tribunali. et uidens pulcritudinem eius dicit ei. Quid uis. Parcere tibi ipsi et
sacrificare diis. an acerrimis tormentis tradi. Respondit beata martyr christi
barbara. et dixit ei. Ego habeo sacrificare domino meo ihesu christo. qui fecit

celum et terram mare et omnia que in eis sunt; De demonibus namque cum propheta dicit. Os habent et non loquentur. oculos habent et non videbunt; Aures habent et non audient. nares habent et non odorabunt; Manus habent et non palpabunt. pedes habent et non ambulabunt. non clamabunt in gutture suo. neque enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui faciunt ea. et omnes qui confidunt in eis; Tunc preses repletus furore. iussit eam expoliare et carnes eius sine ulla miseratione nervis taurinis discerpere. et ciliciinis textis defricare; Que cum diu illatas sustinuisset plagas. ita ut omne corpus eius perfunderetur sanguine. iussit ut recluderetur in carcere quousque pertractaret qualiter per penas consumeret eam; Media itaque nocte circumfulsit eam lux de celo. in qua apparuit ei et salvator christus dicens; Confide atque confortare barbara. quoniam copiosum gaudium fit in celo et in terra super tuam passionem. Non ergo metuas minas tyranni. ego enim sum tecum et ego eruam te ab omnibus plagis que inferuntur tibi. Et statim plage omnes nusquam apparuerunt in corpore eius. Et post hec signavit eam dominus et ascendit in celos. Gaudebat autem et exultabat virgo christi barbara inenarrabili gaudio. super visitatione et exhortatione domini; Mane itaque facto iussit iterum preses sibi presentari eam. Et intuens in eam vidit eam sanissimam ab omnibus plagis que illi illate fuerunt. Et dicit ei preses. Quomodo repropitiati sunt tibi dii et diligunt te barbara quia plagas tuas sanaverunt. Respondens autem martyr christi barbara dixit presidi; Similes tui sunt dii tui surdi et ceci. et sine intellectu et inmobiles; Et quomodo potuerunt plagas meas curare. Remedium sibi ipsi non possunt afferre. et quomodo alios possent adiuvare. Ille autem qui curavit christus est Jhesus filius dei vivi. Quod tu non vides. eo quod cor tuum obduratum est a diabolo. Tunc iratus preses. et fremens ut sevus leo. iussit ad latera eius lampades ardentes applicari. Post hec et malleo caput eius cedendo percuti; Ipsa vero intuita in celum dixit; Tu nostri cordis cognitor christe. qui pro amore sancti nominis tui libenter ista sustineo. Ne me ergo domine derelinquas

usque in finem. cum pro te tanta supplicia fortiter perferre non distuli. Tunc iubet
iniquissimus preses gladio carnifici abscidi mamillas eius. Amputatis vero
ut iussit uberibus martyr christi barbara aspiciens in celum iterum
dicebat ad dominum. Ne proicias me a facie tua domine. et spiritum
sanctum ne auferas a me. Et redde michi leticiam salutaris tui. et
spiritu principali confirma me. Cum autem et hanc plagam supra
memoratam fortiter spiritu sancto roborata sustinuisset. iussit ad
huc insanus preses nudam eam circuire omnem regionem illam.
et plagis a ministris inferentibus ubique flagellari eam. Que cum
ad crudelia iussa denudata fuisset. beatissima barbara denuo ele
vata oculis ad deum in celum dixit. Domine deus qui operis celos
nubibus. protector meus et adiutor in hac hora esto. et tege regimen
tum misericordie tue denudatum corpus meum. ut non videatur a
nullo virorum impiorum. Et hec orante ea. venit dominus in adiu
torium eius. mittensque angelum suum circumdedit eam stola candida.
Igitur milites ad hec ceciti circumdederunt eam cum furore. In predio
vj qui vocatur chilasium in loco solis dicto. Tunc quoque preses confusus per
claudium precepit illam iam passionibus fatigatam patri suo reddi.
Tunc furore repletus pater eius suscepit eam a preside. et iterum
perduxit eam ad montem. At vero martyr christi barbara gaudens
super hoc festinabat venire. ut perfectum victorie bravium ibidem
perciperet. Et ducta ad locum adorabat dominum. et rogabat marty
rii sui palmam consummationem dicens. Domine ihesu christe qui celos ex
tendisti et terram fundasti. qui abyssos conclusisti et maris murum
posuisti. qui precepisti imbriferis nubibus pluere super malos ac
bonos. qui super mare ambulasti. et frementes fluctus eius sedasti.
Qui in cruce sanctas manus extendisti. et alia multa mirabilia
fecisti. exaudi me famulam tuam. omnia enim obediunt iussioni
tue. Domine ihesu christe protector meus a iuventute mea. Presta michi
petitionem hanc. ut iam nunc in bona consummatione consumem

agonem meum · et da domine famule tue graciam hanc. ut si qui in toto
corde memoriam mei fecerint in necessitatibus suis famule tue fac miseri-
cordiam tuam cum eis · et precipue in die martirii mei · Domine ne
memineris iniquitatum eorum in die iudicii · et qui fideliter inuocant me
propitiare peccatis eorum · Tu enim nosti domine quia caro sumus;
Et dicente ea amen · Vox facta est domini ad eam de celis ita dicens · Veni
pulcherrima mea · veni ad letissimam et suauissimam requiem pa-
tris mei qui est in celis · De quo autem et de quibus postulasti concessa
sunt tibi · Et hec cum gaudio magno audiens virgo xpi a domino
suo · venit sine mora ad locum superius memoratum · et illic sicut
petierat a domino peractum est preciosum martyrium eius; In eodem
quippe loco a patre suo decollata est · pridie ii nonas decembris:
Consummans vite sue terminum in bona confessione in xpo ihu dno
nostro · Descendente vero post hec patre eius de monte cum suis ·
ignis cecidit de celo et combussit eum · ita ut nec pulvis inveniretur
de eo · Quidam autem vir venerabilis et sanctus veniens · accepit
occulte corpus sanctissime virginis xpi barbare incontaminatum ·
et reposuit in loco solis dicto · Ubi edificauit habitaculum modicum ·
In quo et sanationes plurime ex tunc etiam nunc celebrantur in
gloriam omnipotentis dei · Passa est autem sanctissima virgo xpi et
martyr barbara imperante maximiano augusto et preside
martiniano · Apud nos vero regnante domino deo atque saluatore
nostro Jhesu xpo · cui est honor et gloria et per infinita secula
seculorum · A — M — E — N.
Tu autem domine miserere nobis · Deo gracias · De sca barbara in primis vesperis ps a.

a. Barbara virgo dei uirtute probata triphei · Igne flagrans fidei sacrat huius festa diei · a. Virgo fide sana de stirpe
creata prophana · gaudia mundana postponit et ydola vana · a. Carceris horrore roseo perfusa cruore · lampadis
ardore patitur cruciatus dolore · a. Ubere truncata vestimentis spoliata · hec decollata conscendit regna beata · a.
Virgo morte bona · vite redimita corona · Iusticie zona perungi nos prece dona · cap. Priusquam oberrarem quesiui sapi-
enciam palam in oratione mea · ante templum postulabam pro illa · et usque in nouissimis inquiram eam · et florebit tamquam precox uua ·

De sca bar... in primis ... psalmo...

℟. Virgo Christi barbara. Ymnus. Gratuletur ecclesia laudum proferat preconia cantu resultet gaudia ad barbare sollempnia.
· Ista a Christo tenditur in arta cella clauditur. Et ad presidem ducitur diis libare precipitur. Hec inter sic filium deos spernit gentilium
dei testatur filium anhelat ad martirium. Hec laceratur ubere tetro dampnatur carcere miro meritis barbare carcer resplendet
iubare. O mira dei gratia barbare fert solatia deus qui potest omnia hec redit ad iudicia. Iam latus sinum panditur igne latus
uritur malleo caput tunditur et mamilla abscinditur. Hinc vestibus exuitur a deo stola tegitur. hic decollata moritur ad celos
·a· proficiscitur. Deo patri sit gloria. ℣. Specie tua. Super magnificat a. Psallat voce resonet dies ac ecclesia dulce melos intonet cum dulci con
cordia. ad hec preclara barbare natalicia. que spernens adorare manuum opera. surda. muta ydola innumera tormenta grandia
sustinuit intrepida pro domini clementia sic virgo sanctissima pro fide mortua celi gaudens intrat palatia. hinc nobis sint
· gaudia. hinc nobis felicia sint angelorum gloria. Coll. Concede quesumus omnipotens deus ut qui beate barbare virginis et martiris
tue famosum hodierna die passionis eius triumphum veneramur in terris. sociorum tuorum contubernijs perfrui cum ipsa lar
giente mereamur in celis. Invitat. Adoremus devotissime regum regem qui barbare suam martirem invitavit ad regem
℟. a. venire exultemus. In i. noct. Barbara martir egregia procedens prosapia. dyoscori inclita fuerat filia pater eius gene
a. clarissimus et potens. satrapa ritu vero paganus et colens ydola. ℣. Domine dominus noster. a. Hic sibi turrim precepit fieri omnium
tissimam intus barbaram beatissimam ne videretur ab hominibus suam clausit filiam. erat enim nature gratia decora deo largiente
·a· plena sapientia. ℣. Celi enarrant. a. Hanc pater suus affatus sepe plus de coniugio. sed virgo confidens in domino respondit dyoscoro
quod velit vivere immunis a viri coniugio. ℣. Domini est terra. ℣. Specie tua. Laudes super. Temporibus etc. ℟. Responsoria.
℟. Iam perfecto patre videt filia duas fenestras contra septemtrionem in domo parata. sed considerans quod pro trinitate vitalis dat
lucis copiam. precepit ut iam fiat tertia. ℣. Per fenestras enim tres dat persona tres intelligere patrem. filium. spiritum
℟. sanctum. Precepit. ℟. Vere dignum memoria contra orientem barbara digito crucem facit in marmore hec apparet in
secula seculorum. ℣. Ut sciant illam intuentes crucem unicum esse bonum gloriari in cruce crucifixi domini. Hec apparet.
℟. Virgo Christi barbara pede facit figuram in domus absida in qua fuerat natatoria. Ubi egri diverse egritudinis acci
piunt remedia. ℣. Hec est similis natatorie syloe que cecus natus videns factus est hec piscine probatice similata est. Ubi.
·a· In ij. noct. In ipsa natatoria barbara virgo beata spiritu et aqua est renata est enim in nomine trinitatis baptizata. ℣. Ex.
·a· Iam in dura Christi virgo dum turrim conscendit intus et in dignitas spuit in deos gentilium dicens simul vobis fiat gentium
a· multitudo vos colentium. ℣. Dominus mihi ref. a. De fenestris surgit questio sed virgo dicit dyoscoro trina fenestra in
℟. radio irradiatur homo hoc est patre filio et spiritu sancto. ℣. Fundamenta. ℣. Visita. ℟. Pater repletus scelere filiam
vult occidere. sed videt illam evanescere. videntes hanc pastores fugere. alter illam non vult prodere. alter ostendit teme
℣. A domino fit signum mirabile oves proditoris fiunt locuste. Alter ostendit. ℟. Verbere virgo discerpitur in qua
cella clauditur. presentatur ad iudicium prestatur dei filium. ℣. Diis dicit pedes habent et non ambulabunt non est
enim spiritus in ore ipsorum. Presentatur. ℟. Sono laceratur virgo ubere effuso rubet sanguine tenebroso dampnatur carcere
sed carcer resplendet lumine. salvator adest sanat plagas in virgine monet ut fortis sit in certamine.

Barbare

ṽginis . a

v. Bonū ē in dn̄o semꝑ ꝯfidere in deo spem semꝑ ponē monet. Gl̄a par̄. In . iij . noct̄. Jam ad celos itaq; a.
dei redemtre filio xp̄i ṽgo ī obscuro carceris ergastulo gaudens exultat de xp̄i solatio. p̄ Cantare ṽno . a
a Protrahit̄ iussu p̄sidis barbara sed cū p̄ses ī ṽgine clarissiā n̄ videt vlla vulnera dicat ei . dij plagis . a.
tuis tulerūt remedia . p̄. Dn̄s reg̃. Respondit ṽgo dij gentiū demonia nulla dant remedia . sed . a.
solus deus q̄ creauit om̄ia qui suos nūq̄ deserit ī angustia . p̄. Cantare . y . Fr̄. Simile ē regnū celoꝝ sagene.
R̄. Indignat̄ p̄ses iubet eius latera aperiri lampades ardentes adhiberi . ⁊ malleo sup̄ caput eius R̄.
feriri . sed ṽgo n̄ est victa timore tanti supplicij . sed rogat dnū ut sui velit misereri . v. Hec nec v.
t̄rore nec tot tormētis cōcutit̄ nec blandimentis seducit̄ . S; rogat. Preses fremens ⁊ repletus R̄.
ī sania ense iubet amputari vbera ī ba barbā n̄ sit ṽgo clarissiā reuertit̄ ad ydola . S; stat p̄
fide catholica . v. Ista est que mori pro lege dei sui n̄ recusauit . S; stat . R̄. P̄cepto p̄sidis R̄.
xp̄i ṽgo nudat̄ . nudata rursum flagellat̄ . nuda ꝑ ꝓuinciā ab ip̄ijs viris agitat̄ . S; nuda
ne videat̄ petit a dn̄o qđ rogat̄ . ⁊ ecce ab eo stola candida velat̄ . v. Mox diu̇ clemētia q̄ largit̄ v.
qđ petit̄ abiecta diffidentia . Petit. · Laudes . ad matutinas.
a Barbarā p̄ses uidet torqueri . misere videt qđ potent̄ h̄ ꝯtēpnit vincere . videt qđ ꝑ tormēta a
tot tanta n̄ vult ipi cedē . videt qđ n̄ vult ī deos gentiliū s; ī saluū dei filiū credē . a Ut ergo a.
saltim possit illā ꝑdere quā n̄ ip̄e poterat flectere iubet seruos gladio ꝑire illā transfigē.
sed par̄ naīa recipit se ꝓmittens illā occidere . a. Uirgo dum orat dicens mei martyrij mem a.
oriā siquis egerit ⁊ te deū ī angelis ī vocauerit p̄sta dn̄e q̄ potes om̄ia ut ꝯsequatur qđ qđ petierit.
a Multū valet iusti dep̄cacō iā vox audit̄ ī tabernaculo dicens . veni martir . veni ṽgo . veni a.
a mundi contagio . veni regnatura semꝑ cū dei filio qđ petis donarū tibi initio.
a. Jam a patre filia occidit̄ . jā ip̄a ī bona ꝯfessioē morit̄ . pat̄ igne celesti sic ꝯsumit̄ qđ n̄ sim̄ a.
cinis reperit̄ . ⁊ sic malus male ꝑdit̄ . Cap. Letatū ē cor meū ī sapientia . ābulauit pes m̄s
iu̇ rectū . a iuuentute eiū mea ī vestigaba illā in clinaui modice aurē meā ⁊ excepi illā . y . Ṽginis p̄les.
·a· In eṽ. a. Laus honor bn̄dcō salus gr̃aꝝ actio sit nūc ⁊ ꝑpetuo glorioso dei filio q̄ barbarā hoc certamē
stadio digne ꝑ merito ī sui celi palatio celesti coronauit bn̄o. Coll. Exultent q̄s dn̄e f̄s nr̄ ī sollempnitate
bē barbare ṽginis ⁊ m̄rtiris tue ꝯgregari . quatinꝰ ip̄ius ī t̄cessione ꝑ t̄ctōe muniti ab oib; eruam̄
aduersis . ⁊ ī via tua ābulantes nichil patiam̄ errorꝭ . P̄ dnm̄. In . v . a. O ṽgo cuꝰ magna
deuocō . cuꝰ oris iusta ꝯfessio testificata ⁊ scripta ē sanguine ꝓprio tuo p̄cami patrocinio obtineas
nob̄ a dei filio . vt nob̄ t̄buat̄ p̄catoꝝ remissio . vt finito p̄sentis vite exilio nob̄ ꝯcedat ī celi
solio tecū sociꝭ beato frui ꝯsortio . Am̄ . a

INCIPIT LIBER DUODECIMUS.

ANNO REGNI SUI .I.
undecimo. in anno uidelicet sc̃do p(ost)quã
sydon capta est. 7 Tancrad(us) sareptã p(er)cussit
7 optinuit. rex Balduin(us) conuocata omi
ecclia regni ihrlm ab uniuersis locis q(ue)
sub manu eius erant. iniit consiliũ quatin(us)
Tyrũ obsideret que adhuc rebellabat.
& con xpianis frib(us) terra mariq; calum
nias inferebat. 7 omnino atributis &
pacto recesserat. in omib(us) que regi
p(ro)miserat mentita. Uniuersis ũ
ammonitis ac uoluntariis ad
hui(us) obsidionẽ inuentis. dies statuta ẽ qua cuenirent. 7 ex decre
to positis tentoriis urbis menia uallarent 7 coangustarent. II.

Talis siquidẽ fama ut in aurib(us) Tyrior(um) insonuit. uehement(er) p(er)ter
riti. inier(un)t fedus cũ quodã dochino p(ri)ncipe damascenor(um) turcorũ.
ut tutelã 7 solaciũ ab eo consequerent(ur). 7 thesauros ciuitatis & que
habebant p(re)ciosiora in custodiã 7 conclauim damasci ei(us) consensu &
licentia deportarent. Rogauer(un)t etiã ut eis uiros sagittarios & defen
sores urbis in auxiliũ mitteret. in conuentione solidor(um). xx. miliũ

Peregrini sic inermes. 7 multis dieb(us) uia aggrauati. cibis p(ro) no
mine ih(es)u attenuati. cito supati in fugã uersi s(un)t. Quos impii
carnifices insecuti. ccc. in ore gladii p(er)emerunt. lx. uero
captiuos tenuer(un)t. His miseriis 7 cedib(us) p(er)egrinor(um) auditis
ihrlm 7 in circuitu ei(us). rex 7 dñs patriarcha Germund(us) cũ omi
bus uiris magnis afflicti s(un)t dolorib(us). qui milites in ultionem
fideliũ interfector(um) sine mora dirigunt. Sed frustra hi ad arma
contendunt. uiam insistunt. Nã statim sarraceni post stragẽ
hanc fugitiui facti s(un)t. 7 in menib(us) Sur 7 ascalonis cum
captiuis xpianis. cũ spoliis xpianor(um) inmissi SUNT.

FINIT LIBER DUODECIMUS HIERO
SOLIMITANE EXPEDITIONIS. AMEN.

Liber Sancti Pauli ap(osto)li in TRAIECTO. scriptus
ANNO DOMINICE INCARNATIONIS. Millesimo. cente
simo. octauo. Indictione. VII.

Siquis ergo huic ecclesie ui. uel fraude abstulerit. istũ librũ.
anathema sit maranatha.

Reg. Lat 509

164 Verso

Reg. Lat 509

175 Verso